

1430-1455 : HEIRS OF MAFFEO CONDEMNED ≠ MARCO POLO  
a trabatura dicti primi solarij usque ad aliam suprapositam cum suo muro proprio  
super calicello proprio heredum olim dicti domini Marcj polo dicti milion Et  
partim firmant cum vno dictorum hospiciorum in muro comuni huic hospicio  
& proprietatj de cha de musto Et ab alio suo latere firmat per totum a prima  
trabatura usque ad secundam cum vno dictorum hospiciorum in muro comuni  
huic parti & reliquo dicte proprietatis domini Maphei polo Et est sciendum quod  
porticus posita in primo solario Et latrina que continetur se cum dicta porticu &c  
ut in precedentj usque ad propter quandam mutatis mutandis Propter quandam  
sentencie cartam latam per dominos Judices curie procuratorum Mcccc xx<sup>o</sup> mensis  
septembris die vij<sup>o</sup> Jndicione xij<sup>a</sup> Riuoaltj manu domini presbiterj Micaletj bono  
ecclesie sancti panthaleonis venetiarum notarij completam & roboratam Per quam  
presentibus & infra Vnde prefatj domini Judices procuratores videlicet domini  
Johannes Zane Bernardus Maripetro domino laurentio Gisi tercio eorum socio  
non ente in conscientia cum eis visis et auditis petizione & responsione premissis  
visa quadam sentencie carta facta completa & roborata manu Franciscj de Soris  
venetiarum notarij Mcccc xvij mensis maij die xxviiij<sup>o</sup> Jndicione x<sup>a</sup> Riuoaltj Qua  
patet qualiter dicta domina Catarucia polo extitit sentenciata ad dandum comis-  
sarie dicti marcj polo ducatos quingentos auri per ipsam ser marco & eius fratribus  
donatos prout in ipsa sentencia continetur Et attento quod dictus condam  
dominus Mapheus Polo est debitor dicte domine Caterucie de ducatis mille auri  
pro eius dotte prout manifeste alias in Judicio constitit datisque pluribus terminis  
dicto aduocato & eo nil producente quod esset in sui fauorem Et super hoc  
habito consilio diligentj Prestito sacramento dicte domine Agnesine siue viro  
nobilj ser Aloisio Justin eius fratri suprascripto Et eo Jurante secundum con-  
scientiam suprascripte actricis verum esse vt supra naratur Et primo declarantes  
& determinantes cartam diiudicatus dicte domine Caterucie quam habet contra  
comissariam dictj sui viri de ducatis mille auri non posse de cetero exequucionem  
obtinere nisi solum in ducatis quingentis auri quod ipsa domina in se reseruauit  
Per sentencie laudum & arbitrium per Justiciam & suum officium Sentenciando  
posuerunt in debitum dictam dominam Cateruciam polo relictam & comissariam  
dictj domini Maphej Polo & ceteras comissarias ipsius domini Maphej in bonis  
ipsius condam domini Maphej Polo ad dandum & soluendum de bonis dicte comis-  
sarie ipsius domini Maphej Polo Comissarie dicti condam ser marcj Polo ducatos  
quingentos auri causis superius allegatis Condemnantes ipsam comissariam dicti  
ser maphei Paulo in expensis presentis cause que sunt adiecta taxacione presentis  
sentencie ducatj duo auri dantes(?) eidem actricj dicto comissario nomine ad  
Intromittendum de bonis omnibus comissarie ipsius domini Maphej Polo usque